



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

An & in quibus sit Paenitenti tam contra se quàm pro se credendum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

CAPUT XIV.

*An & in quibus sit Pœnitenti tam contra se
quàm pro se credendum ?*

CUjusmodi opus sit quanti que mo-
liminis vera ac debita Peccatoris
conversio præcipuè pravis affecti-
bus non nihil inveterati, ex iis quæ huc us-
que dicta sunt, quantum pro suscepto sco-
po satis est, arbitror patere. Venio nunc
ad ea quæ circa Confessariorum praxim
mouet Appendix ; atque imprimis num.
269. vult Confessarium teneri credere
Pœnitenti non solum contra se, sed &
pro se loquenti, nisi contrarium morali-
ter certò constet : ex quo concludit quòd
sicuti ei creditur dicenti quòd ceciderit,
sic ei credendum quoque sit, quòd re-
surrexerit, seu quòd verè doleat, & pro-
ponat se emendare.

Axioma istud : pœnitenti in pœni-
tentiali foro pro se & contra se esse cre-
dendum à S. Thoma, aliisque commu-
niter esse assertum ; quod ut legitimo
sensu accipiamus :

L. §. II.